



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

5 Februarij. Nonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

SIS
rum
sta-
tione
tima
dine
mis-
ares:
ater,
erna-
ndo,
uxit:
ulas;
psal.
Quām
fuerit
ama-
ntem,
pecta-
et no-
salu.
ant.
rater
niam
lium
tum:
l ha-
l de-
Fe-



5 Februarij. Nonis.

B. ALEXANDER: qui ut te confor- *Floruit*
mares sapientissimo consilio S. Le-
gislatoris Benedicti, censentis, inter *anno*
monachorum genera fortissimum esse
Cœnobiticum; diu habitatam in sum-
mo rigore eremum ejusdem Patriar-
chæ Legibus sub Reformatione Cister-
ciensi subjecisti. Convocatis itaque so-
litudinis tuæ confortibus ad Belli lo-
cum, Abbatiali solicitudine aliquam-
diu sanctissimè præfueristi: sed pristini
secessus amore; ac parando expeditio-
ri ad cœlum tramiti, præfecturam; nec
multo pòst vitam exuisti. Longum illud *Peccati*
iter æternitatis ingressuro quām onerosi vincula
sint peccatorum compedes, non ignoras, ô
beate. Tu illos nunc viis precibus dissolue:
ne me tunc premant, cùm vinculum corpo-
ris, & animæ mors dissolvet.

B. ALEIDIS, morum sanctitate, *Circa*
& prudentiæ laude clarissima: dulciter *annum*
à D E O in benedictionibus præventa: 1190.
cujus amore mundum cum suis inepti-
js contemnens, tyrocinium virtutum
subiisti apud Cistercienses virgines in
Westphalia. Ubi pari progressu annis,
sanctimonia, dignitate, ac cœlestibus

E 2 donis


*Eucha-
ristiæ
amoro-
sa susce-
ptio.*

*SS. Ev-
charis-
tiæ
suptio:*

donis crevisti. In susceptione Sacro-
sancti Corporis Dominici, inexplica-
bilis te inundabat dulcedo: ita ut ple-
runque extra sensus corporeos abdu-
cta; & vultu quidpiam supra huma-
nam sortem spirante hilaris; sacros di-
vini Sponsi amplexus intrà cordis pe-
netralia experireris: ad quos tandem
post multa patrata miracula migrasti.
Preicare amantissimum Sponsum tuum; ut
quotiescumque ad sacro sanctam ejus men-
sam accedo; Divina sua me graia preve-
niat; cor meum emundet; ac illi: charisma-
tibus repleat, quorum inexhaustum fontem
esse votuit hunc cibum Angelicum.

S. BERNARDUS, ser. 1. in Cana Do-

*Ejusdē
effectus* Confidite; quia & in hoc gratia sub-
venit: & ut securi sitis; Sacramentū
Dominici Corporis & Sanguinis pre-
iosi investituram habetis. Duo e-
nīm illud Sacramentum operatur in
nobis: ut videlicet & sensum minuat
in minimis; & in gravioribus pecca-
tis tollat omnino consensum.



6 Febru-